



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 34. Ecclesia Anglicana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66082)

tum Constantinopolim devehi jussit. Ro- Sæculum VII
ma excedens die Lunæ, decimo septimo A. C. 663.
Julii, Neapolim reversus est, & inde Re-
gium. Tum in Siciliam trajiciens Insu-
lam attigit mense Sept. eodem anno 663.
& Syracusis commoratus est.

§. XXXIV.

Ecclesia Anglicana.

Haud multo post hæc tempore Vitalia-
nus Papa Epistolas Osuini Regis
Nordhumbrorum accepit, cuius rei cau-
sam répetere expedit. Quæstio de ce-
lebrando Paschate in Anglia vehementer
agitabatur; nam ex Regno Cantii, & *Beda III.*
ex Galliis advenæ affirmabant, Hiber- *hist. c. 9.*
nos Pascha contra usum Ecclesiæ Univer-
salis celebrare. Quidam nomine Roma-
nus ceteris ferventius veram opinionem
tuebatur, quia, licet esset Natione Hiber-
nus, Ecclesiasticæ tamen Disciplinae Re-
gulas in Gallia & in Italia didicerat. Is
contra Finanum Episcopum Lindisfar-
nensem disputans multis auscultantibus
vel veritatem persuasit, vel saltem eos
ad eam indagandam excitavit; Finanum
vero, virum inflexibili ingenio, non tan-
tum ad agnoscendam veritatem addu-
cere non potuit, sed etiam exacerbavit,
ita ut aperte bonæ causæ repugnaret.
Jacobus, S. Paulini Diaconus, Archiepis-
copus Eboracensis, Pascha illo die, quo

Hist. Ecclesiast. Lib. IX. T Ec-

Sæculum VII Ecclesia Catholica, cum multis ipsum hu-
A. C. 663. jus rei Auctorem sequentibus, celebra-

bat. Idem Regina Nordhumbrorum ob-
servabat, habens apud se Presbyterum
illum Romanum, qui ex Cantio advene-
rat. Hinc saepe accidebat, ut Pascha u-
no anno diversis temporibus celebrare-
tur; quippe quando Regi erat Dies Pa-
schæ, Regina Dominicam Palmarum a-
gebat. Quamdiu S. Aidanus inter vi-
vos fuit, viri ardens Charitas & præcla-
ræ Virtutes effecerunt, ut hæc Rituum

Sup. n. 12. diversitas utrinque dissimularetur; sed
mortuo Finano, qui S. Aidano succe-
sat, Colmanus Episcopus Lindisfaren-
sis electus est, cumque etiam ipse exHi-
bernia advenisset, quæstiones de Pascha-
te & aliis Disciplinæ articulis denuo mo-
veri cœperunt. Multos tanta diffen-
sionis terruit, metuentes, ne ideo nomen Chri-
stiani immerito gererent. Rex ipse O-
suius circa hanc quæstionem non solum
ab uxore, sed etiam a filio Alfrido dis-
sentiebat; nam Rex ab Hibernis erudi-
tus est baptizatus, quorum etiam lin-
guam addidicerat, nihil salubrius esse
posse existimabat, quam quod ipsi doce-
bant; at Princeps Regius a Wilfrido
viro doctissimo, qui Disciplinæ Doctri-
nam Romæ & in Gallia hauserat, instru-
ctus, sibi persuasum habebat, illud, quod
ipse a Magistris accepisset, omnibus Hi-
berno-

bernorum Traditionibus esse præferen- Sæculum VII
A. C. 662.
dum.

§. XXXV.

S. Wilfridi initia.

Wilfridus anno circiter 634. in Re-
gione Nordhumbrorum natus, an-
no vitæ decimo quarto Monasterium Lin-
disfarnense adiit, nolens tamen se voto
obstringere. At jam tunc deprehendit, *Att. SS.*
Disciplinam Hibernorum in hoc Mona- *Ben. to. 2. p.*
sterio versantium esse imperfectam. Igi- *170 &c. to. 3.*
tur illis consentientibus discessit, in Fran- *p. 676. vit.*
ciam & Italiam iturus, ubi disceret, quæ *per Ed-*
in celeberrimis Monasteriis observaban-
tur. Ut suæ Devotioni & Pietati satis- *Bed. V. hist.*
faceret, itinere ad urbem suscepto, S. Pe- *c. 20.*
tri Sedem invisit, sperans, se remissionem
peccatorum suorum impetraturum; &
inter primos ex Anglis habetur, qui ad
hanc peregrinationem animum adje-
runt. Sed ante hæc omnia, cum pri-
mum e suo Monasterio discessisset, ve-
nit in Regnum Cantiorum, ubi Ritus Ec-
clesiæ Romanæ edoceri cœpit, didicit-
que Psalterium secundum antiquam ver-
sionem, cum illud antea secundum ver-
sionem S. Hieronymi didicisset. In illa
Regione Wilfridus sibi socium adscivit
juvenem nobilem, Popularem suum, no-
mine Biscop Baducing, & postea Bene-
dictum cognominatum, aliquot annis se

T 2

nat.